



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XLVIII. Markgraf Ludwig belehnt Betkin von der Ost und Dobergast von Santzkow mit Gossow und Buchholtz, am 12. October 1338.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XLVII. Markgraf Ludwig überläßt die Tutel über Henning Bloch den Gebrüdern Blumekin, am 12. October 1338.

Anno M°. CCC°. XXXVIII°. , feria secunda post Dionisii in Kungesberg. Ludouicus etc. Cum pupillis et orphanis in pupillari etate constitutis, et maxime hiis, quos natura vsu sensuum priuauit, ex debiti nostri beneficio preesse teneamur, uel efficere, quod a tutoribus debitis et legitimis secundum ipsorum exigenciam debitam foueantur, sane cum Henningus bone recordationis Anshelmi Bloc filius dilectus noster fidelis suis sensibus proch dolor adeo sit priuatus, quod de tutela fida indigeat singulariter et fideli, damus et deputamus, dedimus et deputauimus sibi, vsque ad horam reuocationis nostre, pro bonorum et reddituum suorum omnium tutoribus et administratoribus strenuos viros dilectos nostros fideles Wichbertum et Christianum, fratres, dictos Blumekin auunculos suos in solidum, sic quod sibi bonisque suis presint, ipsumque manu teneant et foueant fideliter vt tenentur. In cuius etc. Testes Yseltfriet, Betkinus de Ost, prepositus Bernoensis. Vt supra datum.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchiues (I. Cod. 4 in quarto).

XLVIII. Markgraf Ludwig belehnt Betkin von der Ost und Dobergast von Sangkow mit Goffow und Buchholz, am 12. October 1338.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuo militi Betkino de ost nec non strenuo viro Dobergost de Santzkowe, eiusdem sororio, fidelibus nostris dilectis ipsorumque veris et legitimis heredibus ob amorem, quem ipsis gessimus, in solidum et ad manum coniunctam in villa Goffowe XL mansos cum vno, ab omni datione et seruitute reali et personali solutos et liberos, cum iure patronatus ecclesie ibidem, villamque dictam Buchholtz cum equi seruiicio et omni iure, vtilitate, commodo, honore et libertate, sicuti villam et mansos predictos tenuimus et habuimus perpetue quiete et pacifice possidendos. In cuius etc. Testes Yseltfriet, Heylo, Bortuelt, Gerwinus, prepositus in Bernowe, Johannes, plebanus in Kungesberg. Datum die, loco vt supra (Kungesberg Anno M°. CCC°. XXXVIII°. , feria secunda post dionisii).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchiues (I. Cod. 4 in quarto).